

**Ordinis medici ... / decanus D.C.G. Gruner ... dissertationem inauguralem ...  
H.E. Justi ... habendam indicit. Praemittitur Oribasii Medicinalium  
collectorum liber I e codice Mosquensi nunc primum Graece et Latine.  
[Cum vita candidati].**

### **Contributors**

Oribasius  
Gruner, Christian Gottfried, 1744-1815  
Justi, H. E.  
Oribasius. *Synagōgai iatrikai*. Book 1

### **Publication/Creation**

Jena : Maukius, 1782.

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/qquhzams>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Unable to display this page



1870  
WILLIS LIBRARY



**E**st inter medicos seculi quarti medicus haud spernendae doctrinae atque diligentiae, ORIBASIVS, Pergamenus, ZENONIS Cyprii discipulus *a*), IULIANVM Imp. ad dignitatem caesaream euhere ausus, hinc eius medicus et quaestor Constantinopolitanus, post a successore bonis exutus et in exilium ad barbaros *b*) actus, iis ob medendi artem carus, tandem in patriam redux, opibus, annis et meritis grauis consenuit. Qui etsi in primis GALENVM more seculi sequitur, tamen et multa propria litteris consignauit, bono et experto medico digna, et haud paucas veterum reliquias conseruauit. Mirum ergo videri cuique potest, praeter leuia quaedam fragmента, quae RICCIUS *c*), COCHIUS *d*) et GVLL. DVNDASS *e*) in vulgus graece ediderunt, solam circumferri IO. BAPT. RASARII versionem latinam, mancam profecto illam et haud raro laceram, graecum textum adhuc desiderari. Quare cum Cl. MATTHAEI *f*)

a 2

lit-

*a)* Eunap. Vit. Philos. p. 178. sqq.

*b)* Ib. p. 181.

*c)* Vid. Haller. Bibl. Pract. p. 284. T. I. et Bibl. Chir. p. 95. T. I.

*d)* In Collect. Nicetae.

*e)* Orib. Anatomica ex libr. Gal. c. Vers. lat. Raf. L. B. 1735. 4.

*f)* Vid. Ill. Baldinger. Magaz. Vor Aerzte p. 183. f.

litteris certior fierem, latere in bibliothecis Mosquensibus triplicem codicem seculi XIII. quorum unus *synops.* nouem libros ad Eustathium filium, alter *Euporist.* ad Eunapium, ultimus priores I. XV. *Medicinal. Collector.* etiam si ex parte truncos et mutilos, non destiti precibus exorare virum graecis litteris proferendis natum, ut huic operae, cui vix parem studio, assiduitate ac diligentia ferrea impenias, fese daret. Annuit, misit quasdam particulas, omissis tamen Galenicis, quas superfluas putabat, tandem intermisit prorsus laborem, quia nisi RASARII versionem latinam ad manus haberet, se oleum et operam perditum ob scripturae compendia multa et explicatu difficilia existimabat. Transmittendam ergo editionem istam, eaque ratione utilitatí publicae consultum iri censui, sed quid e re sua esse crediderit Cl. MATTHAEI, nondum liquet. Quare ne letores veterum amantes spe vana captasse et frustratus esse videar, si quid mihi acciderit, non lui amplius veluti in carcere inclusa detinere, quae habeo, praetermissa tamen notularum mole sumtuin causa. Ex his inter se collatis satis superque colligitur, non adeo vanam et fallacem esse Cl. MATTHAEI g) coniecturam, hinc eodicee e bibliotheca RASARII a MAXIMO episcopo Venetiis emtos, ideoque eosdem esse, id est, unum codicem NIC. SAMMICHELI, peruetustum et olim e Graecia deportatum, alterum MATTHAEI DANDVLI, a quo, teste locuplete RASARIO h), cetera omnia, tanquam a fonte manarunt. Et quamvis codex ille sit omnium, quos ego in hac maxima orbe viderim vetustissimus, (sic aperte profitetur) tamen tute sis, quot in ea quoque loca sint, in quibus interpretandis vel diuinandum, vel (quod maxime periculosum est) coniectura vtendum sit. Accipe ergo, L. B. exiguum ac leuidense illud munusculum una cum ceteris reliquiis, quae ORIBASII esse existimantur. Quam vere, viderint alii.

g) Notitia Codd. Mst. Graec. Bibl. Mosquens. Mosc. 1776. p. I. n. 3.

h) In Praef. Coll. Medic. cf. Praef. Synops.

OgiBa-

Οριβασίου ιατρικῶν συνά-  
γωγῶν βιβλίον α'.

ORIBASHI MEDICI-  
NALIVM  
COLLETORVM  
LIBER PRIMVS.

**T**αὶς προσταχθεῖσας ἐπιτομᾶς παρὰ τῆς σῆς Θεότητος, αὐτοκάτοο ἰευλιανὲ, πρότερον, οὐκέτι διετρέψομεν ἐν γαλατίᾳ τῇ πρὸς ἑσπέραν, εἰς τέλος ἡγαγού, καθὼς ἡβουλήθης, ἀσινας ἐκ μόσων τῶν ὑπὸ Γαληνοῦ γραφέντων ἐποιησάμην ἐπεὶ δὲ ἐπαινέστας ταύτας δευτέραν ἐπέταξας πρᾶξιν πάντων τῶν αἰρέσων ιατρῶν ἀναζητήσαντά με τὰ καρεώτατα συναγαγεῖν, καὶ πάντα ὅσα χερτιμένες πρὸς αὐτὸ τὸ τέλος τῆς Ιατρικῆς, καὶ τοῦτο πράττειν, ὡς εἴσος τε εἰμὶ, προθύμως διέγνωκα, χερτιμωτάτην ὑπολαμβάνων α) ἔσεοθαι τὴν τοιαύτην συναγωγὴν τῶν ἐντυγχανόντων ἑτοίμως ἐξευρισκέντων τὸ ἐκάστοτε τοῖς δεομένοις ἀφέλιμον περιττὸν δὲ νομίσας ἐνκαὶ καὶ παντελῶς ἔνθετὸ τὸ ἐγγραφεῖτα αὐτὰ πολλάκις καὶ τῶν αἰρέσων συγγραψάντων, καὶ τῶν μη ὄμοίων τὸ αἱριθέος ἐξεργασαμένων, μόνα τὰ τῶν αἱμενῶν εἰπόντων συνάξω, πάλαι Γαληνῷ μόνῳ ἐνθέντα μηδέν παραληπῶν τάξας, καθότα τῶν συγγραψάντων τάξας, φάν-

EPI TOMAS, quas TV olim,  
DIVE IULIANE CAESAR,  
mihi conficiendas mandaueras, iam-  
pridem, cum in Gallia citeriore  
essetis, ad finem, quemadmo-  
dum TV voluisti, perduximus,  
quas quidem ex iis solis confe-  
ceram, quae GALENVS conscripsis-  
set, cumque TV eas laudauisset,  
alterum mihi laborem adjunxisti,  
ut, perquisitis omnibus, quae  
medici praestantissimi maxime op-  
portuna dixissent, et quaecunque  
ad medicinae finem pertinerent,  
vnum in volumen redigerem: id  
quod ego pro virili parte me prom-  
to animo facturum decreui, cum  
existimem, haec collecta fore vti-  
lia iis, in quorum manus incident,  
ut statim, quid semper iis, qui  
auxilio indigeant, utile sit, com-  
periant. Nunc vero cum super-  
vacaneum et omnino ineptum pu-  
tem eadem saepius adscribere, et  
quae ab optimis medicis, et quae  
ab iis, qui non ita diligenter res  
traftauerunt, scripta fuerint, ea

a) In cod. ὑπολαμβάνω.

ψάιτων δ) ἀπόστων εἰς τὰς αὐτὰς  
ὑποθέσεις αὐτὸς κρατεῖ, μεθόδοις  
καὶ διορισμοῖς τοῖς ἀκριβεστάτοις  
χρώμενος, ταῖς Ἰπποκρατείοις ἀρ-  
χαῖς καὶ δόξαις ἐξακολουθῶν χει-  
σομαι δὲ καίνταῦθα τοιαύτη τινά τά-  
ξει· οὐδὲ πρῶτον μὲν οὖν συνάξω τὰ  
τοῦ ὑλικοῦ μέρους, ἔτ' ὅσα περὶ  
Φύσεως πατασκευῆς ἔργοτας αὐ-  
τῶν, μενδ' ἀ τὰ τῆς ὑγιεινῆς  
καὶ αναληπτικῆς πραγματείας, καὶ  
μετὰ ταῦτα, ὅσα τῆς διαγνωστικῆς  
καὶ προγνωστικῆς ἔχεται Θεωρίας·  
ἔφ' οἷς τὰ περὶ τῆς τῶν νοσημάτων  
καὶ συμπτωμάτων οὐδὲ ὅλως τῆς  
τῶν παρὰ Φύσιν ἐπανορθώσεως  
ἀρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν περὶ τῶν ἐν ταῖς  
τρεφοῖς δυνάμεων. —

solum colligam, quae nobis reli-  
querunt ii, qui ceteris praestite-  
runt, sed nihil omittam eorum,  
quae GALENVS dixerit, siqui-  
dem ex iis, qui easdem res  
pertractarunt, ipse et via ac ratione,  
et distinctione ceteris omnibus  
antecellit, ac principia et sententias  
HIPPOCRATIS imitatur. Hoc  
vero ordine, hoc loco utar. In  
primis colligam ea, quae de parte  
materiae sunt, deinde de natura  
atque fabrica hominis, tum de  
tuenda sanitate et reficiendis cor-  
poribus agetur: quibus confectis,  
addam, quae ad dignotionem et  
praenotionem pertinent; ad haec  
quae de morbis deque symptoma-  
tis sunt, accendent, et denique ea,  
quae valent ad corrigendum ea,  
quae praeter naturam sunt, adhi-  
bebuntur. A facultatibus autem  
alimentorum initium dicendi su-  
mam.

Ἐκ τῶν Ἀθηναίου \*) περὶ<sup>i</sup>  
πυρῶν ἐκ τοῦ α' λόγου  
κεφ. β'.

Τῶν οἵτων κράτιστοι πρὸς εὐ-  
τρεψίαν εἴσιν οἱ πυροὶ διαφέρουσι  
δὲ

## DE TRITICO EX ATHE- NAEI COMMENTARIIS EX LIBRO PRIMO CAP. II.

Ex cibis valentissimum ad nu-  
triendum est triticum· cuius mag-  
na

b) Verba minus apte collocata turbant sensum; nihil tamen hic corruptum  
subesse videtur.

\*) Clarus sectae Pneumaticae auctor, Attalensis vel Tarsensis, Asclepiade Bi-  
thyno iunior, contra quem scripsit, medicus insignis sub finem seculi pri-  
mi

δὲ ἀλλήλων τῷ ε) μᾶλλον καὶ ὥστον θερμάνει τε καὶ ὑγραίνει παρὰ τὰ γένη παρὰ τοὺς τόπους, ἐν οἷς φύονται, καὶ παρὰ τὰς κατασάστεις τῶν ὡρῶν, καὶ τῶν αἰρῶν, καὶ παρὰ τῶν χρόνων d). παρὰ μὲν οὖν τὰ γένη διαφέρουσιν οἱ πυροί, ὅτι οἱ μὲν αὐτῶν σιτάνιοι καὶ ἀλευρίται, οἱ δὲ σεμιδαλίται εἰσὶν οἱ μὲν οὖν σιτάνιοι κοῦφοι τε εἰσὶν καὶ χαῦνται συσάσται, καὶ λευκοὶ κατειργασμένοι γάρ εἰσιν τῆς γαιώδους οὐσίας ἐν αὐτοῖς ἐπὶ πλέον κεχυμένης καὶ διαλελυμένης ὑπὸ τῆς οἰκείας συμπέψεως διόπερ ἔτοιμην καὶ εὔπεπτον, καὶ καθόλου εὔμετάβολον τὴν τροφὴν προσφέρονται e), ἕτι δὲ εὐδιάπνευσον καὶ εὐεκποίητον, ἐλασσονα δὲ καὶ οὐκ ἵσην τοῖς σεμιδαλίταις, καὶ πρὸς ὑγείαν μᾶλλον ἢ ἁώμην ἀρμόζουσαν οἱ δὲ σεμιδαλίται βαρύτεροι τε εἰσὶν, καὶ πυκνοί, καὶ ξανθοί, καὶ διαφανεῖς, καὶ δύσπεπτοι μὲν εἰσὶν, ἀνάδοσιν δὲ ἔχουσι δαψιλῆς καὶ δυσδιάπνευσον, καὶ καθόλου πρὸς ἁώμην μᾶλλον ἢ πρὸς ὑγείαν εἰσὶν ἐπιτήδειοι.

Παρὰ δὲ τοὺς τόπους διαφέρουσιν οἱ ἐν ξηραῖς καὶ ἀλιπέστη χώραις γνώμενοι τῶν f) εὐγείοις καὶ

πιε-

na differentia, ut magis minusque calefaciat et humectet, a genere, a locis, in quibus nascitur, a temporum constitutione, ab aere et a temporibus ducitur. Ac generis quidem ratione differt triticum, quia alterum sitanicum et farinaceum, alterum vero similaceum est, sitanicum vero leue est et laxum consistentia, atque album: hoc enim est elaboratum, terrea substantia multum in ea affusa, et a propria concoctione dissoluta. Quocirca et promptum, et quod bene concoquatur, et ad summum, quod facile immutetur, alimentum præbet: quin etiam, quod facile perspiret et conficiatur: minus tamen fit, neque par ei, quod similaceum afferat, et quod magis ad bonam valetudinem, quam ad robur accommodatum sit. Similaceum vero est grauus, et densum, et flauum, et pellucidum, estque difficile ad concoquendum, distributionem tamen copiosam et quae non facile perspiret, habet, et omnino potius ad robur, quam ad sanitatem est accommodatum. Ex locis autem differt tri-

mi, quem ipse Galenus, parcus alieni meriti laudator, summis extulit lani-  
dibus. Multa eius fragmenta ap. Gal. serioresque medicos reperiuntur.

e) Cod. τὸ.

d) Leg. τοὺς χρόνους aut delend. παρα.

e) Pro, προσφίρουσι, ut infra.

f) Forte omisit scriba ἢ ob sequens ἢ, cum pauculo infra additum sit,

πιερῶντος γ) Φυσικένον οἱ μὲν γαῖες ἀπ' ἐλάσσονος ὑλῆς καὶ κουφότερας, καὶ λεπτοτέρας συνεστῶτες b) εὐκατέργασοι μὲν εἰσὶ καὶ εύμεθαβολοι, ἐλάσσονα δέ τροφὴν προσφέρονται, ἐν τρόπον οἱ ἐν τοῖς κάντοις λεγομένοις ἐπισπειρόμενοι τῆς γαῖας ἐν τοῖς τόποις ὑλῆς ἐμπροσθείσης διὰ τὸ ἀλυπὲς καὶ ἄτερφον τῆς τέφρας, λευκοὶ τε γίνονται, καὶ χαῦνοι, καὶ σιτάνιοι, οἱ δὲ ἐν εὐγενεσίᾳ καὶ λιπαροῖς τόποις Φυσικένον ἀπὸ δαψιλοῦς καὶ τερρᾶς ὑλῆς τρεφόμενοι πυκνοὶ τε εἰσὶ, καὶ Βαρεῖσι i), καὶ πολύτροφοι καὶ οἱ αὐτεπταμένοι k) δὲ τῶν τόπων καὶ εὔπνοοι, καὶ εὐήλιοι βελτίους πυροὺς Φέρονται καὶ l) πολυτροφικωτέρους διαφέρονται δὲ τοῖς τόποις καὶ οἱ ἐν ψυχροῖς ἀγανκαῖς χιονοβολουμένοι Φυσικένον τῶν ἐν Θερμαῖς χώραις σπειρομένων. οἱ μὲν γαῖας ἐν ψυχροῖς τόποις Φυσικένον κατεργασμένοι μᾶκλον εἰσὶν καὶ λεπτομερεῖς, ὅστις πέρι εἴτιν οἱ σιτάνιοι μήποτε γαῖας οὖν Φωλευούσης ἐν αὐτοῖς τῆς δυνάμεως καὶ σκληρῆς μὲν τροφὴν ἀναλαμβανούσης, ταύτην δὲ ἐκ τοῦ κατ' ὄλγου, ἐπὶ πολὺ δὲ πεπτούσης πλείονα κατεργαστίαν τε καὶ χύσιν ἐν αὐτοῖς τὸ γεῶ-

triticum, quod in siccis et non pinguibus regionibus natum sit, ab eo, quod in fertilibus et pinguibus oriatur. Illud enim cum ex minore materia leuioreque, et tenuiorum partium constet, facile que mutatur illud quidem, sed minus alit: quare affectum est id, quod in locis, quae exulta vecantur, seritur. Cum enim loci materia exulta sit propter cinerem, pinguedine et nutritionē carentem, triticum album laxum et sitanium efficitur. At quod in pinguibus et fertilibus locis nascitur, copiosa et solida materia educatum est, et densum, et graue, atque etiam multum nutrit. Ac loca quidem aperta, quaeque bene perspiran- tur et aprica sunt, melius triticum ferunt, et quod nullo magis nutrit. Differt quoque loci ratione triticum, quod in locis admodum frigidis et niualibus oritur, ab eo, quod in calidis regionibus seritur. Nam quod oritur im frigidis locis, est elaboratum et tenuium partium, quale est sitanium. Cum enim non velut delitescat in eis vis exiguumque alimentum, idque paul-

g) Mox dieit λιπαρές. v. *Erotian.* p. 302. *Sophocl.* p. 358. *Theocrit.* p. 218. *Iulian.* p. 64. *Apoll. Rhod.* p. 478. et *Diog. Laert.* p. 229.

b) Xenoph. p. 581. *Diog. Laert.* p. 493. edit, Steph. in fragm. Pythag.

i) Cod. καρεῖς.

k) Vide de hac v. *Zosimus.* p. 150. 154.

l) πολυτρόφιος, ignoro, πολύτροφος notum est, forte πολύ τροφιμ, legendum,

γεῶδες λαμβάνει· διὸ καὶ κοῦφοι τε  
εἰσὶν οἱ πυροί, καὶ εἰς λεπτὸν ἄλευ-  
ρον ἀναλελυμένοι, καὶ τοὺς τριμηνά-  
ους δὲ πυρούς κούφοτέρους ὅντας,  
καὶ μάλιστα τοὺς ἐν τοῖς χιονοβόλου-  
μένοις τόποις γινομένους ὁμοῖους ὄν-  
τας παρειλήφαμεν· οἱ δὲ ἐν Θερ-  
μοῖς τόποις γινόμενοι τῶν πυρῶν, ἡ Φ-  
θονον μὴν τροφὴν παραλαμβάνουσι,  
καὶ ποιῆν, πυκνοτέραν τε καὶ ἥσ-  
σον κεχυμένην τε καὶ διακεκριμένην·  
οἱ δὲ ἐλῶδες τῶν πυρῶν ἀτροφοι τε εἰτε  
καὶ κούφοτεροι, καὶ τὸ αἷμα Φαῦ-  
λον ποιοῦσιν, καὶ ἥσσον θερμαίνουσι  
τὰ σώματα· καὶ οἱ κάθυγροι δὲ  
τῶν τόπων ἀτροφωτέρους Φέρουσιν  
καὶ ἀτονωτέρους τοὺς πυρούς· δο-  
κοῦσι δὲ καὶ τῷ ὅλῳ γένει μεταβάλ-  
λειν εἰς αἴρας π) διὰ πλεονασμὸν  
ὑδάτων· οἱ δὲ ἐν σκιεροῖς καὶ συνδέν-  
δροις τόποις γεννώμενοι πλέον ἔχου-  
σι τὸ σκύβαλον π) τοῦ χρησίμου.

Παρὰ δὲ τὰς κατασάστεις τῶν  
ῶρῶν καὶ τῶν ἀέρων, οἱ πυροὶ δια-  
φέρουσιν· παρὰ μὲν τὰς ὕδας, ὅταν  
τε εὔκρατος καὶ σύμμετρος αὐτῶν  
ἡ μεταβολὴ γένηται, ψύξει καὶ θερ-  
μαστὰ, καὶ ὅμβροις, καὶ πάλιν  
ἀνοχαῖς τῶν ὑδάτων συμβάνει γὰρ  
εὐτροφεῖν τε καὶ πληροῦσθαι τοῖς ὄγ-  
κοις τοὺς πυρούς, καὶ τούναντίον  
ἔταν αἰκαίρεις, ἀκρατῶς καὶ ἀσυμ-  
μετρως ἐκαστον τῶν εἰρημένων ἐπιτε-  
λεῖται· λογχυτ. γὰρ καὶ ἀτροφοι γι-

paullatim capiat, permultum au-  
tem conēquat, efficitur, ut pars  
terrea magis in eis claboretur et  
fundatur. Ex quo conficitur, ut tri-  
ticum, cum leue sit, tum vero et-  
iam in tenuem farinam dissoluatur.  
Quod *trimestre triticum* est, leuius es-  
se, et praeſertim, quod in niualibus  
locis nascitur, huiusmodi esse acce-  
pimus. Quod vero in calidis locis  
oritur, et copiosum alimentum, et  
multam densitatem, et minus fu-  
sam atque secretam capit. *Palustre*  
porro *triticum* alimento vacat, est-  
que leuius, et vitiosum sanguinem  
facit, et corpora minus calefacit.  
Loca autem perhumida *triticum*  
ferunt, quod minus alit, quodque  
est *imbecillus*; et ex toto genere  
videtur in *lolum* propter aquae  
vīm et copiam degenerare. Quod  
vero in *vmbrosis* et *nemorosis* lo-  
cis nascitur, plus habet aceris,  
quam vtilitatis. Ex temporum vero  
atque aeris constitutione existit et-  
iam *tritici* differentia. Atque ex  
temporibus quidem, cum eorum  
sit temperatura, et moderata in  
frigore, calore, imbris, et po-  
stea in aquarum defluentium cohí-  
bitione commutatio: Tunc enim  
*triticum* boni alimenti fieri, eius-  
que molem impleri contigit: ut  
contra fit, cum intempestive, in-  
tem-

π) Τεν στροῦ αἴρας ἐκλέγειν αρ, *Diog. Laert.* p. 202.

π) i. c. ἀκρατῶς.

γνονταί παρὰ δὲ τοὺς ἀέρας, ὅταν  
κατὰ τοὺς προσήκοντας καιρούς ἔν-  
δεινοὶ οἱ γένωνται, καὶ ἐυάλιοι, καὶ  
ἐνήνεμοι ἢ τουναντίον ἐπινεφεῖς καὶ  
δυσῆλιοι πολλάκις δὲ καὶ φειδί-  
δις φέροντες ἥδη θερμῆς τῆς, ὡρα  
οῦσης καὶ πρὸς τελείωσιν τῶν πυ-  
ρῶν ὄντων φθίνουσι γὰρ ἐρυσιβού-  
μενοι παραπλησίως δὲ καὶ σταυρα-  
ρεῖα, καὶ ἔηρα, καὶ θερμὰ γένη-  
τακ πνεύματα τὰ ὑπὸ τὸν καιρὸν  
τῆς τῶν σάχυων πληρώσεως, καὶ  
ἴσχυροι καὶ πολὺν χρόνον φυσήσω-  
σιν οἱ λεγόμενοι καυσώνες ἐπικαί-  
ουσι <sup>ρ)</sup> τοὺς σάχυας καὶ ἔηρά νου-  
σι, καὶ διάτοῦτο ἀτρεφούς κατασ-  
κενάζουσι.

Παρὰ δὲ τὸν χρόνον διαφέρουσιν  
οἵτε νέοι, καὶ οἱ παλαιοί, καὶ οἱ  
μὲταξὺ τούτων οἱ μὲν γὰρ πρόσ-  
φατοι, πολυχυλότεροι εἰσι, καὶ πνευ-  
ματώδεις, καὶ πολύτροφοι οἱ δὲ  
παλαιοὶ τουναντίον, ἀχυλότεροι, καὶ  
ἔηρότεροι, καὶ ἀτρεφώτεροι οἱ δὲ  
μέταξὺ τούτων κατὰ χρόνον τὰς  
μεσότητας ἔχουσιν τῶν εἰρημένων.

temperate et immoderate, quae  
praediximus, eueniunt: nam et gra-  
cile, et alimonia vacans efficitur.  
Aeris autem ratione, cum opportu-  
nis temporibus serenus apodusque  
est, et a ventis apte perflatur, vel  
contra, cum nubilus est, et opacus  
Saepe enim minutulam pluviā emittit, cum iam tempus sit calidum,  
et triticum ad perfectionem per-  
uenerit: quo casu triticum rubige-  
ne tentatum perit. Simili quo-  
que modo fit, cum venti graues,  
succi et calidi sub tempus, quo spic-  
ae implentur, exorintur. Cum-  
que vehementes et multo tempore  
spirauerint ii, qui καύσωνες, hoc  
est, ardentes nominantur, spicas  
adurunt et exsiccant, et idcirco fa-  
ciunt, ut alimenti nihil habeant.  
Ratione vero temporis, nouum a  
vetere et eo, quod inter utrumque  
est intermedium, differt. Nam  
recens plus succi habet, fatus gi-  
gnit, et multum alit, vetustum  
contra succo vacat, succius est, et  
minus alit: quod vero est medium,  
ratione temporis habet mediates  
praedictorum.

Τερ

DE

<sup>ο)</sup> V. Dornill. ad Chariton. p. 292. Diog. Laert. p. 463. Apoll. Rhod. p. 182.  
At vero ad marg. εὐδίενοι, εὐδίοι.

<sup>ρ)</sup> Cf. Plato p. 681, Longin. p. 260, Philo p. 148, Maxim. Tyr. p. 180.

Περὶ τῶν κατὰ τὰς ὥρας  
κρεῶν. κεφ. γ'.

DE CARNIBVS PRO AN.  
NI TEMPORIBVS CAP. III.

Σύες μὲν τὴν ἐσερηνὴν ὥραν εἰσι  
κάκισοι μέχεται πλιαδος <sup>q)</sup> δύσεως  
Φθινοπωρινῆς, τὸ δὲντεῦθεν μέ-  
χεται ἥρος κάλλισοι αἴγες δὲ τὸν μὲν  
χειμῶνα κάκισαι, τοῦ δὲ ἥρος ἀρ-  
χούται πρείστους γίνεοθαι μέχρις  
ἀρκτούρου δύσεως πρόβατα δὲ καὶ  
ταῦτα τὸν μὲν χειμῶνα κάκισαι, με-  
τὰ δὲ ισημερίαν πιάνεται μέχρι<sup>r)</sup>  
τριῶν θερινῶν αἱ δὲ βόες, ὅταν ἡ  
πόσα ἔκκαιρη <sup>s)</sup>, ἥρος τε πανομέ-  
νου, καὶ τῷ θέρει παντὶ. Τῶντε  
ἔρενθων οἱ μὲν κατὰ χειμῶνα, κάλ-  
λισα ἔχουσιν, ὅσοι δὲ ἐπιφαίνονται  
χειμῶνος <sup>t)</sup> ὁ κόσσον φόστει καὶ ἡ κί-  
κλα, καὶ φάσσα, οἱ δὲ ἀτταγῆ-  
νες κατὰ τὸ Φθινόπωρον, καὶ μελαγ-  
κόρυφος σύκαλλος, <sup>u)</sup> τε καὶ χλω-  
ρος <sup>v)</sup>, καὶ ὄρτυγες τηνικαῦτα πιώ-  
τατοις ἀλεκτορῶδες τὸν μὲν χειμῶνα  
οὐ πάντα εὔσωματοῦσι, καὶ μά-  
λισα ἐν νοτίοις ἡ δὲ τευγῶν ἐν  
Φθινόπωρῳ καλλιέτῃ τῶν δικτύων  
οἱ μὲν ἐν τῇ κυήσει πάλλισοι κάρις,  
κάρα-

Sues verno tempore usque occa-  
sum autumnalem pleiadum sunt  
pessimi: ex eo vero tempore usque  
ad vernum tempus optimi. Ca-  
præ hieme pessimae sunt, vere au-  
tem usque ad arcturi occasum esse  
meliores incipiunt. Pecudes quo-  
que hiberno tempore sunt pessi-  
mae: post aequinoctium vero usque  
ad solstitium aestiuum pinguiscent,  
boves vero, cum herba fructum fe-  
rat, et finito vere, et per aestatem  
totam. Ex autibus nonnullæ per hie-  
mem sunt optimæ, quae nimurum  
hieme apparent, ut merula atque  
sturnus, et palumbus, attagenes  
vero et atricapillæ autumno praes-  
tant. Itemque ficedulæ, et lusci-  
niae, et coturnices, eo tempore sunt  
pinguissimæ. Galli vero gallina-  
cei hieme non admodum corpore  
augentur, et praesertim in austriinis  
locis, turtur vero autumno excel-  
lit. Ex piscibus vero prægnantes  
optimi sunt, caris, carabus, et mol-  
les,

b 2

q) Leg. πλειδ. Sic numero singulari scribitur.

r) Sic in Cod. Ignoro ἔκκαιρεων, notum est ἔκκαιρον medium. v. Xiphiliv  
p. 154. Max. Tyr. p. 322. Gregor. Naz. p. 91. 197.

s) V. Lucian. in Iudic. vocatis ad fin. et Theocr. p. 287.

t) Forte συκαλλις.

u) Forte χλωρίς v. Ad. Hist. Animal. IV. 47. p. 224. cd. Gronov. et pet. p. 1019.

κάραβος, καὶ τὰ μαλάκια <sup>z)</sup> ), τεῦ-  
θις <sup>a)</sup>, σηπίας τὰ δὲ ὅταν ἀρχηταχ  
ἐπωάνουσεθαγ <sup>b)</sup>, ὥσπερ οἱ κέφα-  
λοι, ὑπερπληθέντες δέ οὗτοι τῶν  
κυημάτων λεπτοὶ καὶ ἀτροφοὶ, καὶ  
ἔτι μᾶλλον τεκνίτες ὁ δὲ θύννος πιώ-  
τας μετὰ ἀρκτοῦρον, θέρους δὲ  
χείρων.

Περὶ ἀρτων ἐκ τῶν Ἀθη-  
ναῖον. κεφ. 9'.

Οἱ λεπτὸν τῶν ἀρτων ἀχυλά-  
τεροι τε εἰσὶ καὶ ἀτροφώτεροι τῆς  
ὄπτήσεως μᾶλλον καθικνουμένοις  
καὶ ἔξατμιζούσις τὸ τροφῶδες  
διὸ καὶ τὸ τῶν <sup>c)</sup> ιατρίων καὶ τὸ  
τῶν λάγανων γένος ἐστιν ἀχυλότε-  
ρον κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λάγον οὐ κά-  
τοπτοι τῶν ἐγχύλων ἡσσον τρέφου-  
σι καὶ οἱ δίπυροι ἐπὶ ποσὸν γὰρ  
ὄπτηθέντες ἀνατριβούται πάλιν  
ἔπειτα δ' ἐκ δευτέρου τῆς τρέψεως  
καὶ τῆς ὄπτήσεως τυγχάνουσι τούτοις  
βαίνει γάρ διατεθερμασμένους  
αὐτοὺς καὶ επὶ ποσὸν κεχυμένους  
πολὺ μᾶλλον ὑπὸ τῆς τρέψεως χει-  
θῶθαι καὶ διαλύεσθαι. Τιούτων δὲ γε-  
γονότων ὑπὸ τῆς δευτέρας ὄπτή-  
σεως,

les, sepiet lolligines, alii vero, cum  
ouis incipiunt incubare, ut capito-  
nes: cum vero foetu pleni sunt,  
tenues sunt, et non nutriunt, et  
multo etiam magis, cum partum  
ediderunt. Thynnus autem post  
arcturum pinguissimus est, aestate  
vero est deterior.

DE PANIBVS EX  
ATHENAEO. CAP. IX.

Panes tenues paucioris succi pau-  
ciorisque alimenti sunt, cum assatio  
magis extenuet, magisque diminuat  
in eis vim alendi: quo circā itria et  
lachana paucioris succi sunt. Hac  
quoque ratione assati et bis cocti  
panes minus alunt, quam succi ple-  
ni. Nam cum sint quadantenus af-  
fati, iterum conteruntur, deinde  
contriti iterum assantur. Contin-  
git enim, ut ex calfacti et admodum  
confusi multo magis exattritu fun-  
dantur et dissoluantur. Sed cum  
tales ex secunda assatione sint redi-  
ti, quod valens est in eis, consum-  
tum fuit: quod vero restat, et leue,  
et laxum, et tenuium partium fit, et  
fa-

<sup>a)</sup> Galen. Gloss. in μαλακιοιο p. 538. ed. Franz. et Aristor. T. I. p. 438. Vnde  
etiam probari potest τεῦθις.

<sup>b)</sup> Cod. τινθυς.

<sup>c)</sup> Forte ἐπωάζεσθαι γ. Ael. Var. Hist. I. 15. et Diog. Laert. p. 107.

Sic Cod. forte ἐτρίνν , ut etiam leg. Rajar. V. Hessycb. in V. ἐγκάς et in  
V. ἐργα, et Polluc. VI. p. 612.

σεως, ικανον μὲν ἐξ αὐτῶν ἀπαν-  
λῶσθαι. Τὸ δ' ὑπολειπόμενον κοῦ-  
Φόντε γέγνεσθαι, οὐδὲ χαῖνον, οὐδὲ  
λεπτομερὲς, οὐδὲ εὐδιοίκητον· ὅτι  
δὲ οἱ Θερμοὶ οὐ πρόσφατοι τροφι-  
μότεροι τῶν ψυχρῶν εἰσιν οὐδὲ τῶν  
παλαιῶν, δῆλον· οὐ γὰρ θερμότης  
αὐτῶν συλλαμβάνεται τῇ τέψει.

Περὶ κρειθῶν ἐκ τῶν Ἀθη-  
ναίου. Κεφ. ια'.

Τῶν κρειθῶν οἱ μὲν γυμναὶ οὐ  
ἄφλοιοι, πολύχυλοι τε εἰσι καὶ πο-  
λύτροφοι, συνεγγύζουσαι τοῖς πυ-  
ροῖς μᾶλλον τῶν ἄλλων ἔχομεναι δὲ  
τούτων εἰσιν οἱ διειχότες ἐλατταν-  
θήσουσαι τῶν πυρῶν αποκαθαρί-  
τῶν μονοστίχων.

facile distribuitur. Iam vero calidos  
recentesque panes valentius nutri-  
re, quam frigidos et veteres, est per-  
spicuum, siquidem caliditas quoque  
concoctionem adiuuat.

DE HORDEO EX ATHE-  
NAEO CAP. XI.

Hordeum aliud nudum est, et  
expers corticis, et multi succi est, ac  
valde nutrit, idque propius ad tri-  
ticum, quam aliud, accedit: aliud  
vero secundum est, quod spicas ha-  
bet binis granorum versibus con-  
stantes, quod etiam minus habet  
excrementi, quam triticum, quod  
spicam habet, quae ex unico gra-  
norum constat ordine.

Ἐκ τῶν Ρούφου d) περὶ EX RVFO DE FICVBVS  
σύκων. Κεφ. μ'.

Σύκα τῆς μὲν ἄλλης ὀπώρας ἐσί-  
κρείσω, βλαίβην δὲ ἔχετινα. οἱ δὲ  
ἰσχάδες ικανῶς τρέφειν σῶμα δύ-  
νανται· οἱ γοῦν παλαιοὶ τοῖς ἀθλή-  
ταις ισχάδας εοթίεν παρείχον· Γέρα  
δὲ πρῶτος ὑπήκαξε τὴν προσφο-  
ρὰν b 3

Ficus sunt ceteris autumnali-  
bus meliores, et tamen noxam  
quandam afferunt. Caricae satis  
alere corpus queunt. Quamob-  
rem veteres permittebant, ut ath-  
letaē carīcis vescerentur. CORAS  
pri-

d) Clarus sub finem seculi primi medicus, de quo vid. Haller. Bibl. Pract.  
T.I p. 172.

γὰν κρεαδῶν Ἐυραμένει τῷ σταχ-  
μίῳ, οὐδὲ οὐτως μετέπεσεν διάτα.

primus EVRAMENI Samio carnem  
afferens, hunc usum antiquauit,  
atque ita illa vivendi consuetudo est  
sublata.

e) In Cod. Eusebium. Qui fuerint illi, non liquet.

Sed haec haetenus. In scenam enim producendus et iuris laudibus extollendus, si quis alius, est PRAENOB. et EXPERIENS. CANDIDATVS, qui studiorum curriculum Gottingae sub professoribus haud poenitendis emensus et optime praeparatus huc concessit, et morum modestia singulari, diligentia, assiduitate ac probitate, quae iuuenes litterarum bonarum studiosos apprime decet, cum mihi, tum ceteris professoribus ita se commendauit, ut non possim sperare solum, verum etiam confidere, fore, vt tales tamque praeclaras ingenii dotes certissima insequantur praemia, nec unquam habeat PRAENOB. CANDIDATVS, quare eum diligentiae poeniteat. Nolo ergo ulterius in eius laudes excurrere, quia, qui vitae cursus fuerit, quam bene composita vitae academicae ratio, ipse sic exposuit.

\*\*\*\*\*

Ego HENRICVS ERNESTVS IVSTI primam huius vniuersitati lucem adspexi Rottleberodae, pago quodam comitatus Stollbergensis, prid. Nonar. Ianuarii a. MDCLIX. Patrem veneror HENR. CHRISTOPHOR. ibidem Pastorem Vigilantissimum, matrem vero MAGDALENAM e gente PETERSENORVM. Parentes carissimi, quorum posterior iam ad coelites vocata, prior vero adhuc superstes est, operam omnem adhibuerunt, ut principiis religionis, iisque, quibus aetas puerilis informari solet, disciplinis rite imbuerer. Inde ab anno MDCLXXV. scholam, quae floret Roslebiae, frequentai, ibique habui SCHMIDZERVM, Philosophiae magistrum et Rectorem longe meritissimum, WANCKELIVM Correctorem, STRAKIVM Collegam tertium ac SCHVKNECHTIVM Mathematicum, praceptores; ex quibus optimis magistris plurimum profeci, pro quibus non possum

sum non, quin publice animum gratum atque obstrictissimum testificandum  
 esse existimem. Tandem, peracto quatuor annorum spatio, idoneus iudica-  
 tus, qui praelctionibus celeberrimorum in Academia professorum interessem,  
 mens. April. MDCCCLXXIX. GEORGIAM AVGUSTAM adii, ibique Cel. KV-  
 LENKAMPIO, Rectore tunc temporis Magnifico, numero ciuium academi-  
 corum sum adscriptus. Primo in Legicis, Metaphysicis et Psychologicis Cl. WE-  
 BERVM habui praceptorum, in matheſi pura et applicata Cl. MEISTE-  
 RVM, Cel. BLVMENBACH tradidit mihi historiam naturalem, Osteolo-  
 giam, Pathologiam generalem et specialem. Ill. MVRRAYI praelctionibus  
 et excursionibus botanicis interfui. Cel. GMELIN me docuit Chemiam  
 experimentalem. Ill. BALDINGERI doctas praelctiones in Pathologiam,  
 Materiam medicam, Pharmaciam, artem conscribendi formulas et Thera-  
 piam maximo cum emolumento frequentavi. Ill. RICHTERVM, praec-  
 ceptorem ad cineres vsque venerandum, Chirurgiam medicam et manua-  
 lem, Diaeteticam et Therapiam specialem explicantem summa cum volu-  
 ptate et utilitate audiui. Cel. denique WRISBERG Physiogiam, Ana-  
 tomen et artem obstetriciam me docuit. Quorum virorum in me  
 merita nulla unquam apud me delebit obliuio. GOTTINGAE peracto stu-  
 diorum academicorum cursu, IENAM adeundam putau, ibique ab Ill. de  
 SCELIWITZ, fasces Academiae tunc temporis tenente, in numerum ci-  
 uium academicorum sum receptus. Ill. SVCCOW Physicam experimen-  
 talem mihi explicauit, Ill. LODER Anatomen et artem obstetriciam, nec  
 minus, eo duce, in arte cadavera perite ac artificiose secandi ac Nosoco-  
 mio obstetricio me exercui. EXCELL. STARCKII, Fautoris ac Praeceptoris  
 haud satis aestimandi, scholas in Therapiam generalem quoque frequentau,  
 et sub auspicio huius humanissimi viri praxin clinicam ad leclulos aegro-  
 torum didici. Ill. ac Excell. GRVNERI, Fautoris ac Patroni in ac-  
 ternum venerandi, doctas praelctiones in Semiologiam magno cum fru-  
 etu ac voluptate audiui. Cl. denique SCHENCKIO, osteologiam et Chi-  
 miam pharmaceuticam explicanti, assidendum putau. Quibus omnibus  
 viris maximas, quas possum, gratias hic publice ago.

Adiit ergo PRAENOB. ex EXPERIENT. CANDIDATVS ordinem no-  
 strum, vt, qui eius profectus sint in literis, sedulo exploraret, dignusque  
 vnanimi consensu habitus est, cui licet Hygeae commerita praemia  
 consequi. Dictus est huic solemni panegyri dies xx, Iuli, quo defendet  
 suam

suam disputationem dextre conscriptam aduersus dissentientium tela,  
sic iubente maiorum instituto, ego vero ei posthaec lauream pu-  
blice conferam. Quare vos exoratos perobseruantur et perhu-  
maniter cupio, PRORECTOR ACADEMIAE MAGNIFICE, PRORE-  
CTOR ACADEMIAE MAGNIFICE DESIGNATE, COMES ILLV-  
STRISSIME, PATRES CONSCRIPTI CETERIQVE PROFESSORES  
et studiorum FAVTORE<sup>S</sup>, velitis hanc solemnitatem VESTRA prae-  
sentia illustriorem splendidioremque reddere, eoque fauoris signo ostendere,  
quam sacra VOBIS maiorum instituta sint. P. P. sub Sigillo  
Facultatis a. d. xx. Jul. CCCCCLXXXII.





